

ne D. sarrayns. E quant vench el dia de Rams, al sol exit, enviam missatge als sarrayns de les coves quens atenessen la convenença que feyta'ns havian. E dixeren que encara no era tercia, e que la devian esperar. E nos dixemlos que tenian rahó, mas que's apparaylassen de devalar. E els arreárense, e plegaren la roba, aquela que era de vestir, e dexaren nos dessus molt forment e ordi. E sus á la hora de mitja tercia començaren de devalar; e exirenne M V cents. E haguem M M (2000) sarrains, que tenia be 1 legua larguea dels. E ach be pres la cavalcada X milia vaques, e ben XXX milia oveyles.

Número 30

Franquicias y fueros de Mallorca, otorgados por D. Jaime después de la conquista, y algunas subsiguientes ampliaciones. ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, REGES. 17. JACOBI 1, núm. 26. (Libro del Repartimiento.)

Fol. 59 vuelto. Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonie Majorice et Valentie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispesulani, habentes et tenentes in nostra presentia instrumentum sive cartam privilegiorum et franchitatum quas vobis dilectis et fidelibus nostris universis et singulis populoribus et habitatoribus civitatis et regni Majoricarum olim sub anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo Kalendis Martii apud Majoricam dedimus et concessimus, ac ipsius diligenter intellecto tenore, quia vos tanquam fidelissimi et devotissimi nostri karissimi filium nostrum infantem Jacobum recepistis libenter et jurastis habere post dies nostros dominum naturalem, quedam ad precum vestrarum instantiam corrigimus, et quedam capitula de gratia speciali addicimus. Que omnia in predicto instrumento ad utilitatem et salvamentum vestri existunt, et ideo instrumentum predictum sic correctum vobis et vestris per nos et nostros laudantes, concedentes ac perpetuo confirmantes, tenorem ejus de verbo ad verbum et ea capitula que nunc ibi addicimus ad perpetuam rei memoriam hic facimus annotari. Tenor instrumenti jam dicti talis est:

In Christi nomine: Manifestum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et regni Maiorice, comes Barchinonensis, et dominus Montispesulani, cum presenti publica scriptura perpetuo valitura, per nos et omnes heredes ac sucesores nostros, damus, concedimus et laudamus vobis dilectis et fidelibus nostris universis et singulis populoribus regni et civitatis Maiorice et habitatoribus predictam civitatem et totam insulam ut ibi habitetis et populetis, et damus vobis casas et casales, ortos et ortales, et terminum civitatis, prata, pascua, aquas dulces, maria et littus maris, venationes, pascheria, plana et montanas, herbas, ligna ad domos et naves, et ligna alia construenda, et ad omnes alios vestros usus, et possitis piscari in mari libere, tamen stagnis retentis nobis.—Possessiones autem omnes quas in civitate vel regno Maiorice habebitis, habeatis francas et liberas, sicut eas habebitis per cartas nostre donationis, et possitis de eis facere cum prole et

sine prole omnes vestras voluntates cuicumque volueritis, exceptis militibus et sanctis.—Damus iterum vobis quod in civitate et regno Maiorice et per totam aliam terram dominationis nostre et regni Aragonie, tam hiis terris quas hodie habemus vel in antea poterimus adipisci, per terram et mare, sitis franchi et liberi cum omnibus rebus et mercaturis vestris ab omni lezda, pedatico, portatico, mensuratico, et penso, et ribatico, et ab omni questia, tolta, fortia et demanda, prestito, hoste et cavalcata, et earum redemptione, postquam insula fuerit adquisita.—Non donetis carnaticum de vestro bestiaro ullo tempore, passaticum, herbaticum, nec quarantenum.—Naufragium aliquod non erit usquam in partibus insule supradicte.—Siquis traxerit cultellum vel ense versus alium injuriando vel irascendo, donet nostre curie LX solidos vel manum perdat.—Siquis fuerit captus in latrocinio aliquas res furando, teneat ille cuius res fuerint latronem illum donec suas res recuperet: postea reddat illum curie ad justiciam faciendam.—Nullus de adulterio puniatur in rebus vel in personis, nisi mulier vel vir proponat querelam de violentia vel de fortia sibi facta.—Omnia malefacta, que fuerint inter habitatores civitatis, possint probi homines pacificare et diffinire, antequam sit clamor vel fundamentum ad curiam factum.—De injuriis et maleficiis, de quibus curie fuerit factus clamor, firmabitis in posse nostre curie, et reus dabit quintum pro calonia (*pena*) si fuerit convictus; sed primo debet satisfacere conquerenti.—Pro quinto curie lectum, archa non pignorabitur, neque vestes, neque arma persone sue.—Si querimonia facta fuerit de possessione vel re immobili, non dabitur caloniam neque quintum.—Habitatores civitatis et totius insule placitabunt de tercio in tercium diem, extraneus de die in diem si conveniatur; sed si conveniet, utetur jure vicini.—In causis injuriarum, dampnis, vulneribus illatis, procedatur secundum usaticos Barchinone.—Si debitor vel fidejussor aliquis sit effectus et terminus sic transactus, et inventus fuerit in civitate vel regno Maiorice, non possit foris privilegium allegare, sed ibi teneatur respondere.—Pro aliquo crimine vel delicto vel demanda, non facietis nobiscum vel cum bajulo aut curia civitatis, nec inter vos ipsos, batalam per hominem, per ferrum candidum, nec per aquam vel aliquam ullam causam.—Curia, bajulus, sayo vel eorum locum tenens, non intrabunt domos vestras pro aliquo crimine vel causa suspitionis per se solos, sed intrabunt cum duobus vel quatuor probis hominibus civitatis. Hoc idem servabitur in navibus et lignis, furnis et molendinis.—Sacramentum calumpnie facietis in causis vestris, sed nil inde dabitur vel ponetis pro jurejurando faciendo.—Non dabitur curie, bajulo vel sayonibus aliquod pro vestra justitia facienda vel exequenda; sed si sayo ierit extra civitatem, det ei conquerens sex denarios pro legua.—Revenditor vini, farine, vel rerum comestibilium, si inventus fuerit cum falsa mensura, perdat totam penitus rem venalem, et habeat inde terciam partem curia et duas partes murus civitatis.—Flequeria (*panadera*), si vendiderit panem de minus penso, vel ponatur in costello, vel donet V solidos, de quibus habeat duas partes curia, et murus terciam partem.—Nullus teneatur facere preconizare vinum, oleum aut res venales, nec teneatur habere pensum domini; tamen ex quo posite fuerint res venales, non quis plus vendere possit precio posito, sed totam vendat rem venalem, nec faciat in ea mesclam ullam.—Vicarius, bajulus aut sayo non possit cognoscere de falsitate pensi vel mensurarum, nisi in loco publico et coram probis hominibus civitatis.—Non dabitur calonia nisi placitum firma-

tum fuerit ab utraque parte.—Omnes questiones, que infra habitatores fuerint civitatis, agitentur in locis publicis, ubi vicarius fuerit cum probis hominibus civitatis, et non venietis ad domum curie vel bajuli pro placito terminando.—Debitor vel fidejussor possit dare pignus suo creditori ad X dies cum manulatore idoneo, et tenebit pignus per X dies, post quos vendet pignus: sed currere illud faciet per tres dies, et si plus de suo debito inde habuerit, restituat debitori; si minus, debitor vel fidejussor restituat creditori.—Nullus fidejussor teneatur respondere, dum principalis persona presens fuerit et idonea ad satisfaciendum.—Siquis dixerit alicui *cuguç* vel *renegat*, et statim ibi dampnum aliquod acceperit, non teneatur respondere alicui domino vel ejus locum tenenti.—Siquis pro aliquo crimine a curia vel bajulo captus fuerit, non absolvatur nisi dederit firmantiam de directo.—Si miles noluerit facere justicie complementum, nec a curia posset distringi, liceat adversario suo pignora capere propria auctoritate sua, preter equum quem ipse equitat; et si forte alia pignora non habeat, liceat adversario militis equum capere, ni super eum equitet vel propria manu eum teneat.—Judicia omnia causarum et criminum judicabit curia cum probis hominibus civitatis.—Siquis de aliquo crimine fuerit condemnatus, unde penam sustineat corporalem, non amittat bona sua nec partem honorum suorum, sed possit de eis testari et dimittere heredibus et cui velit.—Quilibet possit se facere preconem, et possitis res vestras cuilibet facere preconizari.—Liceat cuilibet, layco tamen idoneo sed nemini ordinato, tabellionatus officium exercere, prestito sacramento in posse curie et proborum hominum quod sit in suo officio pro utraque parte legalis pariter et fidelis.—De omni clamo sive dubitet sive neget reus sive confiteatur, primo á curia, consilio proborum hominum, sententia feratur, que talis est: per totam istam diem pausate cum vestro adversario, vel firmate directum, vel sero ascendatis in Almudaynam. Si non ad Almudaynam ascenderit, habeatur pro firmato directo, et exhibebit inde directum.—Nos vel aliquis successor, vel heres noster, curia, bajulus vel aliquis tenens locum nostrum, non facient ullam fortiam vel districtum in personis vel rebus vestris, dum parati fueritis dare firmantiam de directo, ni sit enorme crimen.—Promittimus etiam vobis quod non dabimus nec excambiamus vos alicui persone, militibus neque sanctis, in toto vel in parte; sed semper amabimus et defensabimus vos in cunctis locis sicut nostros fideles probos homines et legales.—Data apud Majoricam, kalendis Marcii, anno domini M CC tricesimo.—Hec sunt capitula, que nunc addicimus ex gratia nostra de novo: honores et possessiones omnes vobis, pro ut continetur in capite brevi per nos et nostros laudamus, concedimus et perpetuo confirmamus.—Littere vel instrumenta, alicui vel aliquibus a nobis concessa et concedenda contra privilegia vel franquitates vestras, nullam roboris obtineant firmitatem.—Volumus et perpetuo statuimus quod quilibet successor noster, curia, bajulus et nostrum quilibet locum tenens in civitate vel insula Maiorice, jurent hec omnia et singula sicut superius scripta sunt attendere fideliter et observare. Nos autem, ad maiorem predictorum omnium et singulorum firmitatem, juramus et facimus jurare karissimum filium nostrum infantem Petrum, heredem Cathalonie, super sancta Dei evangelia a nobis et ipso corporaliter tacta, quod predicta omnia et singula attendamus et compleamus omnino et faciamus in omnibus et per omnia inviolabiliter observari. Et nos predictus infans Petrus, heres Catalonie, juramus per Deum et sancta Dei evangelia a

nobis tacta supradicta omnia et singula attendere firmiter et complere.—Data apud Alcanicium, sexto idus Febroarii, anno Domini millesimo ducesimo quinquagesimo sexto.—Signum Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majorice et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispesulani.—Signum infantis Petri, illustris regis Aragonum predicti filii et heredis Cathalonie.—Testes sunt: Bernardus Guillelmi d'Entensa; Examenus de Focibus; Examenus de Urrea; Artaldus de Luna; Michaelis de Leserva; Jasbertus vicecomes Castri novi; Arnaldus de Lers; Guillelmus de Castro novo.—Signum Petri de Capelades, qui mandato domini regis et infantis Petri supra dicti, pro domino fratre Andrea episcopo Valentie, jam dicti regis cancellario, hec scripsit loco, die et anno prefixis.

Por subsiguientes confirmaciones, fecha la primera en Lérida y Marzo de 1232 y la otra en el campamento de Játiva y Mayo de 1244, extendió la exención de peaje, portazgo, etc., á los mallorquines que viajasen por Aragón y Valencia. Por otro privilegio, fecho en Valencia y Julio de 1249, les concedió entre otras cosas que ningún lugar teniente, baile, veguer ó substituto de estos pudiese comprar bienes inmuebles mientras ejerciese aquel cargo; que todos los sábados hubiese feria ó mercado en la ciudad; y que á los judíos no les diesen sino cuatro dineros de interés por libra. Por Agosto de 1251 expidió á favor de los mallorquines otro privilegio, en que trata de dotes, usuras y prescripciones; y por Agosto de 1256, una circular á los oficiales encargados de cobrar los derechos de peaje, portazgo, etc., mandándoles que nada pidiesen á aquellos isleños. El infante D. Jaime, heredero de Mallorca, juró observar y cumplir todo lo concedido por su padre, en la iglesia de Santa Eulalia de Palma, por Agosto de 1256. En Valencia, por Agosto de 1273, expidió otro decreto en que, entre varias disposiciones, establecía que los cristianos se encarcelaran separados de los judíos, los hombres de las mujeres, y las personas decentes de la gente modici valoris. A primeros de Setiembre de 1276 el hijo del Conquistador juró en Mallorca como rey todos los privilegios y estatutos concedidos por su padre.

Número 31

Privilegio otorgado por Mudjehid, rey de Denia, y ratificado por su hijo Alí, á favor de los obispos de Barcelona: ARCHIVO DE LA CATEDRAL BARCELONESA, LIBRO I.º DE SUS ANTIGÜEDADES, PÁG. 5, acta de la consagración del templo antiguo (BOFARULL, CONDES DE BARCELONA VINDICADOS, tom. 2, pág. 81).

(La traducción de este documento va resumida en la página 123 del texto.)

Notitiæ plurimorum tam instantium quam posteriorum tradere satagimus qualiter superno opitulante numine sedes Sanctæ Crucis Sanctæque Eulaliæ Barchinonensis, anno dominice incarnationis quinquagesimo octavo post millesimum, insistentibus gloriosissimi præsulis ejusdem sedis Gislaberti intercessibus, insularum Balearium clericatus atque ordinum necnon urbis Deniæ, adepta est donum. Dux quoque prædictæ urbis Deniæ, dum viveret, nomine Mudje-

hid, interventu jam dicti pontificis, revocavit atque subdidit insulas prælibatas Baleares, quas nunc vulgo Majoretas et Minoretas vocant, sub jure et diocesi sanctæ præfate sedis Barchinonensis, statuens ac jubens ut omnis clericorum gradus in prædictis degens insulis à nullo pontificum auderet expetere ordinem alicujus clericatus, neque sacri chrismatis unctionem vel confectionem neque ecclesiæ dedicationem neque ullius clericatus cultum aliquem, excepto antistete Barchinonensi. Hujus itaque largitionis filius prædicti ducis Mugehid astructor atque imitator, nomine Hali, dedit ac subdidit omnes ecclesias et episcopatum præfatarum insularum et prædictæ urbis Deniæ juri et diocesi sanctæ sedis Barchinonensis, eodem videlicet modo quo genitor suus Mugehid, precatu prænominati pontificis, impertivit universa hæc sedi prælocutæ. Impertitionis autem predictarum ecclesiarum et episcopatus earundem historia digna cognitu ita se habet: In Dei omnipotentis nomine: Ego Hali, Dux urbis Denie et insularum Balearium, Mugehid jam dictæ urbis olim Ducis proles, assensu filiorum meorum et ceterorum Ismaelitarum in meo palatio majorum, contrado atque largior sedi Sanctæ Crucis Sanctæque Eulaliæ Barchinonensis et prædicto præsuli omnes ecclesias et episcopatum regni nostri quæ sunt in insulis Balearibus et in urbe Denia, ut perpetim ab inceptis maneant sub diocesi prædictæ urbis Barchinonensis, et ut omnes clerici, presbyteri et diaconi in locis præfatis commorantes, a minimo usque ad maximum, a puero usque ad senem, ab hodierno die et tempore minime contentur deponere ab aliquo pontificum ullius ordinationem clericatus, neque chrismatis sacri confectionem, neque cultum aliquem ullius clericatus nisi ab episcopo Barchinonensi aut ab ipso cui ille præceperit. Si aliquis, quod absit, hoc largitionis donum improbo nisu adnullare vel disrumpere conatus fuerit, cælestis Regis iram incurrat, et ab omni lege penitus exors fiat; et postmodum hoc maneat indiscussum atque firmum omne per ævum. Facta carta donationis VII kalendas Januarii, anno præscripto, apud urbem Deniam, jussu Hali et assensu filiorum suorum majorumque suorum inferius corroboratorum.—Raimbaldus archiepiscopus sedis Arelatensis subscripsi.—Arnaldus episcopus Magalonensis. Guifredus sanctæ primæ sedis Narbonensis ecclesiæ episcopus subscripsi. Froterius Guillelmus gratia Dei Urgellensis episcopus. Arluvinus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo supra.— *En el acta de la consagración el metropolitano y los demás preladados confirman este privilegio.*

Número 32

Carta de Pedro March, tesorero del rey D. Jaime de Aragón, á D. Sancho de Mallorca; CRÓNICA ESCRITA POR EL REY D. PEDRO IV el Ceremonioso, LIBRO 3.º, CAP. 5. (CARBONELL, FOL. 127.)

(El original estuvo en el Archivo de la Corona de Aragón, de donde lo copió el cronista y archivero Carbonell á fines del siglo XV para insertarlo en su obra Chroniques d'Espanya; pero tiempo há que no se le encuentra. El rey lo escribió por los años de 1382, y como él mismo dice, quiso intitularlo: Libre en que's

contenen tots los grans fets qui son entrevinguts en nostra casa dins lo temps de la nostra vida, començantlos á nostra nativitat. *Sin embargo comenzó por hacer mención de su abuelo el rey D. Jaime II, y así su obra abraza lo acaecido desde 1319 hasta 1380).*

E lo rey en Jaume, avi nostre, sabent açó, apellá en Pere March thesoror seu, e dixli: en Pere March, lo rey de Mallorques vol fer aytal obra, e vol se perdre ab nos. La qual cosa nos es molt greu; perque volem vos que de vostra ma secretament en nostra presencia façats una letra de part vostra al dit rey en Sancho amich vostre, la qual letra nos dictarém la forma: «Molt alt senyor, entés hé per mon senyor lo rey d'Aragó que vos, per consell de alguns qui nous volen gran be, venits acordat de denegar al rey mon senyor les postats que li devets dar com a vassall seu de tota la senyoria que ha sobre vos per les convinences antigues: de que, senyor, son molt dolent com vos veig tant errar; car cert sia a vos que'l primer procés quel dit mon senyor farà contra vos es que'us entén á reptar de trayció, e que'us dará per par e per contrasemble lo infant n'Anfos, fill primogenit seu, lo qual rebujar no li porets. Perque, senyor, clam vos mercé e us consell, axi com aquel qui am vostra honor e la vostra corona, que vos aquesta obra per res no assajets: mas punyats et tractats que siats en amor e en gracia de mon senyor lo rey de Aragó, e que esquivets en tota la manera lo dan que de aquest fet seguir vos poria.» E lo dit Pere March per hun hom seu tremés la dita letra al dit rey en Sancho, e trobál en lo castell de Perpinyá. E com li hac dada la dita letra, e lo dit rey l'ach lesta, per gran desplaer que hac no pot sopar, e dix á les companyies que sopassen, e ell més se en una cambra, e tota aquella capvesprada aná del un cap de la cambra al altre dient: ¡Heu hay haüt mal consell! ¡heu suy en mal punct nat! ¡heu hay perduda ma terra!

Número 33

Hecho de armas del infante D. Fernando de Mallorca en el sitio de Almería; CRÓNICA DE MUNTANER, CÓDICE DE LA BIBLIOTECA DE S. JUAN, fol. 248; y en la edición de Barcelona (año 1562) fol. 198, cap. 247.

... E axi tot lo poder de Granada vench la vespre de sent Bartomeu sobre la host del senyor rey d'Aragó; e lo senyor rey d'Aragó com vehé aquest poder tan gran, fo molt maraveylat. Mas de res no s'esmayá; ans hordoná que lo senyor enfant en Ferrando estigués ab tota sa companya al esperó de la maria (*quizás marina*), per ço que si negun exia dela ciutat per ferir al setge mentre que ells se combatian ab los sarrayns, que lo senyor enfant ho defensás. E vull que sapiats que era lo pus estret partit quey era; e per so lo senyor enfant pres aquell loch á guardar per so com era lo pus car partit, que d'altrement noy fore romas. Queus diré? que com lo senyor rey fou aparelat per ferir sobre la host dels sarrayns, de dintre d'Almaria per l'esparó, á aygua dela mar tro á les singles, exí 1 fill de rey de Godix ab ben CCC homens a cavall e molta gent de peu; e la via fora's moch a les tendes del senyor enfant. E lo senyor

enfant molt be arreat, ab tota sa companya exí á la via fora ab tota sa cavalleria molt honradament. E com los moros haguèren passat l'esperó, aquell fill de rey era bon cavaller, e era un dels bells cavallers del mon; e vench tot primer cridant ab la atzagaya en la ma: *Avibenosoltán*, que als no li exia dela bocha. E l'enfant demaná: ¿qué diu? E los torsimanys, qui li eren de prop, diguérenli: Senyor, ell diu que es fill de rey. Dix lo senyor enfant: Fill de rey, e yo fill de rey (*en la edició citada dice*: Si fill de rey es, e yo axí mateix so fill de rey). E va brochar en vers ell; e abans que á ell se pogués acostar, ach morts ab la lansa mes de VI cavallers, e ach rota la espaha, e puys va metre la ma a la massa, e va's acostar en aquell qui cridava que fill de rey era. E aquell, qui'l vehé venir sabé que aquell era l'enfant, e vench enves ell, e váli donar tal colp dela espaha que'l quarter primer del escut li gitá a terra, e fó molt valeros colp, e cridá: *Avibenasoltán!* E lo senyor enfant váli donar de i espaha, que li agueren donada, pe'l cap que entro a les dents lo fené, e caech mort en terra.

Número 34

Noticia de las LEYES PALATINAS escritas en latín por el rey D. Jaime III de Mallorca, y de las ORDENACIONES DE LA CASA REAL, traducción de aquellas en catalán por el rey D. Pedro IV de Aragón.—ACTA SANCTORUM JUNII (BOLANDOS, tom. 3):—ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, VARIA 9, PETRI III, N.º 1529.

Por Mayo de 1337 el rey D. Jaime III de Mallorca promulgó en la isla las Leyes Palatinas después de leídas en pleno consejo; pero el precioso códice, en que las mandó escribir, debió de pasar á poder del rey de Francia Felipe VI de Valois, cuando prófugo el mallorquín tuvo que favorecerse de aquel monarca. Juan el Bueno, sucesor de Felipe, tal vez lo regaló á su segundo hijo, á quien creó duque de Borgoña, ya que después formó el códice parte de la Biblioteca ducal. De ella lo sacó á fines del siglo XV el noble Guillermo de la Baume, caballero de honor de la duquesa; y ó por donación suya, ó por la de uno de sus descendientes, lo poseyó el convento de Jesuitas fundado por 1609 en la provincia de Gueldres. De allí por medio de un cambio el jesuíta Andrés Escoto lo trasladó al convento de Antuerpia, y proyectó darlo á luz, para lo cual entabló correspondencia con el padre Andrés Moragues, jesuíta mallorquín. Pero lo realizó en el siglo pasado el padre Daniel Papebrochio, del colegio de Antuerpia, uno de los autores de las Actas de los Santos, después de pedir noticias al Archivo de la Corona de Aragón por si existía allí alguna copia, y de emplear aquella diligencia tan propia de la Compañía de Jesús. Hizo grabar las iluminaciones que enriquecían el original, y aunque adulteradas por el cincel barroco y pérdida la forma gótica, aquellas láminas aún pueden dar una idea de su interés. Ocho grandes viñetas representaban al principio de cada una de las ocho partes, en que se divide la obra, lo principal de su materia; y casi todos los capítulos iban encabezados con una miniatura que ofrecía el traje, ocupaciones

y utensilios de varios oficios de palacio: debió de ser el códice más importante para el arte entre cuantos existen en España, y los Bolandos lo reputaron digno de la majestad imperial. Precede á las leyes el decreto de su promulgación, y siguen las ocho partes cuyos capítulos llevan los títulos siguientes: 1.ª Parte.—De officio Magistrorum hospitii, sive Majorum domus.—De Scutiferis potum nobis ministrantibus.—De Botelherio majori et speciali aulæ nostre regalis, et Subbotellerio.—De Pistore regio.—De Botelleriis, pro nostris familiaribus deputatis.—De servitoribus sive aquæductoribus botelleriæ.—De Scutiferis ad scindendum coram nobis destinatis.—De Scutelliferis regiis.—De Emptore et Subemptore.—De Ministris coquinæ oris regii.—De Argentario (1) coquinæ oris regii.—De Coquinariis coquinæ communis regionum domesticorum.—De Musæo (*Dispensa*).—De Argentariis coquinæ domesticorum regionum.—Aquæ portitoribus ad coquinam domesticorum regionum.—De Sartiferis deferentibus cisorium regionum.—De Magistris quorum et Stratoribus, qui Cavalericii nuncupantur.—De Civaderio.—De Marescallo equorum.—De Mancipiis stabulorum.—De Falconerio majori.—De Falconeriis minoribus.—De Venatore seu custodiente venatorios canes.—De Algotzirio.—De Procuratore fiscali in curia Magistri seu Majoris domus.—De Emblerio majori et Zemblerio (*Arriero ó conductor de acémilas*).—De Zembleriis.—De Mimis seu Jocularibus (*aquí se incluyen los músicos*).—2.ª Parte.—De officio Camerlengorum.—De Scutiferis camerae.—De Camerariis.—De Barbiton soribus.—De Medicis.—De Sirurgicis.—De Secretariis et Scriptoribus.—De Uxeriis armorum (*reyes ó ujieres de armas*).—De Servientibus armorum.—De Nuntiis Virgæ.—De Armatore Regis.—De Sartore et ejus coadjutore.—De Sutrice et ejus coadjutrice.—De Apothecario et ejus coadjutore.—De Fructerio et ejus coadjutore.—De Argentario (*platero*) et ejus coadjutore.—De Folrerio (*tapicero*).—De Paratore et ejus coadjutore.—De Custode tentorium.—De Scopatoribus.—3.ª Parte.—De officio Cancellarii.—De Vice-cancellario.—De Scriptoribus cancellariæ.—De Rectoribus conscientie regie.—De Auditoribus.—De Promotoribus.—De Confessore.—De Sacerdotibus ad capellam deputatis.—De Scholari capellæ.—De Helemosenariis.—De Scholari helemosenariæ.—De Servitoribus helemosenariæ.—De Cursoribus.—4.ª Parte.—De Magistro rationali.—De Scriptoribus Magistri rationalis.—De Thesaurario.—De Scriptoribus Thesaurarii.—De Scriptoribus rationis.—De Scriptoribus Scriptorum rationis.—5.ª Parte.—De Conviviis.—De Ferculis.—De Sellis, frænis et aliis paramentis.—6.ª Parte.—De vestibus et aliis ornamentis.—De oblationibus.—De honoribus quibusdam personis, ut congruit, adhibendis.—De fructibus in mensa ministrandis.—De illuminatione.—De honoribus exhibendis.—7.ª Parte.—De Consiliariis.—De sessione in consilio.—De conviviis.—De salariis Commissariorum.—De modo scribendi litteras ad diversas personas.—Quæ personæ premiti debeant in scribendo.—Quæ personæ postponi debeant.—Quomodo debeat scribi diversis personis, secundum gradum cujuslibet.—De modo sigillandi.—De taxationibus litterarum.—De beneficiis conferendis.—De ordinatione Capellæ.—*Siguen capítulos concernientes á las festividades de la Iglesia.*—De helemosina per Helemosinarios distribuenda.—8.ª Parte.—De Falliis.—De loqueriis animalium.

(1) Argentarius aquí significa el galopin.

A 23 de Octubre de 1344 el rey D. Pedro IV de Aragón promulgó en Barcelona sus Ordenaciones sobre lo regiment de tots los officials de la sua cort, en idioma catalán; pero un escrupuloso cotejo con las de D. Jaime de Mallorca nos ha demostrado que en su mayor parte son traducción, en poquísimos troços amplificación, de las latinas de éste. D. Pedro, como más ceremonioso, aumentó el número de los capítulos relativos á las festividades religiosas, y hubo de extender y aplicar otros á los usos de su corte é inventar algunos para los officios que no debieron de existir en el palacio del mallorquín; y á continuación de las ordenaciones, bien que independientemente de ellas, en otros dos explicó la manera con que debían coronarse los reyes y las reinas de la casa aragonesa. Tal vez existió antes en esta un códice, de donde pudieron tomar sus obras D. Jaime y D. Pedro; mas ningún documento acredita semejante conjetura. Con mayor probabilidad pudiera suponerse que esas leyes ú ordinaciones estaban ya consignadas las más en la costumbre de la casa de Aragón, y que ambos monarcas escribieron y fijaron aquella etiqueta consuetudinaria: al menos la coronación de los soberanos aragoneses ya se efectuaba antes de D. Pedro casi de la misma manera que él dispuso; y el magnífico capítulo, en que Muntaner explica la de D. Alfonso el Benigno, padre del Ceremonioso, no deja lugar á ninguna duda acerca de los pormenores. Los cortos límites, que hemos de imponernos, no nos permiten copiar por vía de cotejo algunos troços de entrambas obras latina y catalana, ni aun apuntar aquí los títulos de los capítulos de la segunda, como al menos hubiésemos deseado.

En el archivo de la Corona de Aragón no existe sino una copia moderna de la obra de D. Pedro, pues el códice original, corregido y apostillado de puño del mismo rey, por real orden se remitió á Madrid á 25 de Noviembre de 1787. No sabemos por qué no se ha devuelto todavía, ni qué razón hay para alterar sin necesidad el arreglo y orden de un archivo. El gobierno no es una corporación de anticuarios, y por lo mismo debiera bastarle una copia autorizada; y aun cuando sus individuos lo fueren, no pueden ni deben sacar para siempre de los archivos los documentos originales, ni valerse de su posición para satisfacer sus inclinaciones ó especulaciones literarias.

Número 35

Traje del rey D. Pedro el Ceremonioso, cuando su coronación en Mallorca: CRÓNICA DEL MISMO, LIB. III, CAP. 16 (CARBONELL, FOL. 137).

Axi que nos lo dissapte vespre, á XXI del dit mes, nos anám á la Seu, e aquí nos vetlam, e jaguem en la esglesia de la Seu. E lo diumenge per lo mati nos isquem de la sacrestia de la Seu vestits y aparellats *in sede majestatis*, ço es: ab una camisa romana d'un drap de seda prim vert ab alguns fullatges, sens totes obres; e apres una dalmática de drap vermell historiat ab obra d'aur e ab fullatges, mas noy havia perles ne altres obres, per ço com se aparellá cuytadament; e d'aquest drap mateix una estola que comença en lo muscle esquerre e traversa al costat dret, e puix era cincta en torn, e eran igualats los

caps de la estola; e un maniple; e calces del dit drap, sens sabates; ab nostra corona d'aur ab pedres precioses e perles, en lo cap; e ab lo sceptre d'aur e un robís al cap, en la dreta ma; e ab lo pom d'aur ab una creu al cap de perles e de pedres precioses, en la ma esquerra; e ab la espasa tota cuberta de perles e de pedres precioses, que portavam cincta.

Número 36

Ida de D. Jaime III de Mallorca á Montpeller, después de cerrarle los de Puigcerdá las puertas de la villa: CRÓNICA DEL REY D. PEDRO IV, LIB. 3, CAP. 32 (CARBONELL, FOL. 158).

Finalment lo preycador hi torná be tres vegades, e díxli: que si no sen anava, que ell era mort ab tots quants hi eran ab ell. E lavors ell començá de plorar e fer gran dol, e dix: que ell e la companyia eren dejuns e havian passat lo port; e demanava que li fos donada la vianda que li havian aparellada en la posada. E fou li respost que no'n hauria gens. E puix pregá e supplicá que li fossen donadas ses robes e son saumatge. E fó li respost que no sen menaria res sens licencia del senyor rey de Aragó. Ab tant, ell é los seus altres partiren d'aquí dolents ab gran tristor e ab males dictions que's gitavan, e anárensen. E aquell dia mateix passaren lo port de Pitmorent dejuns, e cuidaren tots morir de fret e de mal, e cuidaren esser contrets, majorment los homens delicats: axi que hoim dir que en Jacme de Mallorques se baté molt la cara e lo cap de dol, e volia ferir en sí mateix ab brotxa e daltres armes, mas que les li tolián. Puix fó á Achs, e aquí manlevaren que's despendre, que no havian vestedures; e puix anaren á Foix, e lo comte donáls diners, e 'ls acullí be, e faeren la via de Montpeller continuadament.